



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm Eloquentiæ,

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

XXV. Laus Castitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38994

tores. Non enim solum oportet amare, sed etiam amari. Primum hoc curemus ut amemur erit q³ secundum factis facillimum. Simus pulchri ac boni. & ita semper habebimus amatores.

XXV. LAUS CASTITATIS.

EXORDIUM duces ab egregio hoc dicto S. Cypriani. Nulla major est victoria, quam ea, qua de cupiditatibus refertur. Qui hostem vicit, fortior fuit, sed altero: qui libidinem repressit, seipso fortior fuit. Qui inimicum prostravit, externum hostem percussit: qui cupiditatem depressit, hostem domesticum superavit. Malum omne facilius vincitur quam voluptas: quia illud quidquid est, horridum est, hoc blandum est.

PROPOSITIO: Cum igitur Castitas tam in festum habeat hostem, eumque domesticum, libidinem vel luxuriam, te Auditores ad nobilissimæ huius virtutis diligentem conservationem incitaturum.

Vide P. Ioan.
Busaem in
Virid. Virt.
6.26. v. 20.

CONFIRMATIONIS I. LOCUS à dignitate & *prestantia castitatis*, quam Spiritus Sanctus nos docet in Scripturis Divinis. **PRIMÒ**, dum ait apud Ecclesiasticum: *Omnis ponderatio non est digna continentis anime.* **SECUNDÒ**, dum eam numerat inter dona Dei. Eandem Dignitatem amplificant SS. Patres. *Pudicitia*, inquit Cyprianus, *nihil ornamentorum quarit, decus suum ipsa est.* Hac nos commendat Domino, connectit Christo, beata ipsa & *beatas efficiens apud quascunque habitare dignatur: quam nunquam accusare possunt; nec qui eam non habent: venerabilis etiam hostibus suis, dum illam multo magis mirantur, qui eam expugnare non possunt.* Et Lactantius agens de castitate virginali: *Quod continentia genus, inquit, quasi fastigium est omniumque consummatio virtutum, ad quam si quis eniti atque eluctari potuerit, hunc servum Dominus, hunc discipulum Magister agnoscat, hic terram*

Sap. 9. v. 21.
1. Cor. 7. v. 7.
Matt. 19. 13.
Gal. 3. v. 23.
De vero lit.
ho. lib. 6. c. 23

Pars I.

G

trium-

triumphabit, hic erit consimilis Deo qui virtutem Dei cepit.

II. Locus ab utilitate Castitatis, speciatim eorum, qui abstinere à conjugio, quam indicat Apostolus in epistola priore ad Corinthios, dum ait: *6.7.v.1.8* Bonum est homini mulierem non tangere. Et: Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis, si sic permaneant, sicut & ego & de vidua: *Beatorum autem eris, si sic permanserit secundum meum consilium.* Causas autem huius utilitatis eodem loco ferè perstringit senas, quibus uti Corinthios inflammat ad sectandum cælibatum, ita non obscure à conjugio deterret, ut notârunt. B. Chrysostr. & August. in libris de Virginitate.

Chryf. c. 18.

Aug. c. 16.

Lic. 13.

Phil Omnes rapimur ad libertatem.

Non expedit

Sponso Pal.

ladis collum

jugo subjice-

re Veneris.

PRIMA CAUSA est, quia per conjugium vitæ redigitur in summam servitutem mulieris, & contra: de qua servitute S. ait Chryf. *Servo, si quando comparata pecunia pretium quanti emptus est domino persolvere potuerit, plerumque libertatem omnino recuperare licet: at vir, quamvis omnium difficillimam nactus sit uxorem, servitutem tamen perferre necesse habet, &c.*

SECUNDA CAUSA est, quia qui à conjugio liberi sunt, crebrius & facilius jejuniis & orationi aliisque exercitationibus spiritualibus vacare possunt: conjuges verò non item, cum citra mutuam consensum non possint. *Nolite fraudare invicem, inquit ad conjuges, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi.* Et causam reddens, cur Corinthios hortetur ad cælibatum: *Propter utilitatem, inquit, vestram dico, quod facultatem præbeat sive impedimento Dominum obsecrandi.* Et ibidem ait: *Innuptam potius cogitare qua Domini sunt: propterea quod per crebras (ut ait Oecumenius,) preces majorem apud Deum obtinuit familiaritatem, atq; ideo Deo magis placere potest, quam nupta, majoremq; corporis & spiritus consequi sanctitatem.*

TER-

LAUS CASTITATIS.

99

TERTIA CAUSA est, quia conjuges magis obnoxii sunt tentationi Satanæ, quam cælibes. Iterum, inquit, revertimini in idipsum, (ad officia conjugalia) ne tenter vos Satanas propter incontinentiam vestram. Est enim voluptatum appetitio, ait Aristot. insatiabilis, usuque & exercitio magis au- gescit. Hinc Joannes Cassianus comparat flammæ ad rempus inclusæ, quæ objecta materia facilè foras erumpat. Et S. Chrysof. Plures ait longè videas lapsos (in continentiam) ex conjugatorum, quàm Monachorum ordine. Neq; enim tam multi ex Monasterii ad matrimonia accedunt, quam ex jugali thoro se ad scorta recipiunt.

1. Ethic. cap. ultimo.
Col. 21. e.
33 Lib. 3.
contra vitæ
Monast.

QUARTA CAUSA est, quia non licet viro post initas semel nuptias ab uxore discedere.

v. 20.
Matth. 19. v.

QUINTA CAUSA, quia conjuges etiã voluptates carnales quas quærunt, rarò inveniunt.

9. v. 28.
Tribul.
carnis habent. v. 3. 13
sine solite.

SEXTA CAUSA, quia nimis impliciti sunt curis huius mundi, ut rarò possint vacare Deo.

Hinc S. Chrysofostomus (de Virgin.) Etiam si sic uxor moribus facilibus, tamen moles curarum, quæ nobis circumfunduntur, propter ipsam uxorem ac liberos ejus, ne minimum quidem cælum suspicere patiuntur. Undique animum quasi quadam vertiginæ contorquentes & obruentes: quòd si vir privatorum hominum tutam atque tranquillam vitam vivere voluerit nullo modo id assequi queat: cum videat enim circum se stare liberos & uxorem, cui multa in sumptum eroganda sint, vel invitis dimittit ipse se in fluctum civilium negotiorum: quò ubi inciderit, non dici potest, quanta illi deinceps peccandi necessitas imposita sit, in iracundia, in jurejurando, in convitio, &c. Quam parum autem conjugati possint vacare ob quotidianas curas precibus ac Deo, egregiè depingit S. Hieron. contra Helvidium scribens.

Vide Libros tres P. Candelæ de bono statu Virginitatis & contin.

G 2

III. Lo-

100 LAUS CASTITATIS.

III. Locus à necessitate pudicitiae vel continentiae quam Apostolus vocat sanctificationem, vel sanctimoniam dum ait: (1. Theff. 4. v. 3.) *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstinatis vos à fornicatione, &c.* & ad Heb. 12. v. 14. *Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.* Unde Tertull. (de Cast.) *Aspice epistolas Pauli omnes pro pudicitia, pro castitate & sanctitate prætendunt, omnes in luxuria & lascivia & libidinis negotia jaculantur, &c.*

Gen. 33.
Dan. 13.

IV. Locus ab illustrioribus Exemplis hujus virtutis, ut Patriarchæ Josephi, Susannæ, Christi Domini, Dei Matris, Apostoli Pauli, aliorumque Apostolorum, plurimorum ex primis Christianis, plurimarum SS. Virginum, quæ pro tuenda castitate sanguinem suum profuderunt: eorum Sanctorum, qui in ipso conjugio ex mutuo consensu perpetuam continentiam servârunt; omnium Episcoporum, Sacerdotum, & Diaconorum qui à primis Ecclesiæ incunabilis usque in hunc diem in Cælibatu vixerunt: omnium Religiosorum, qui inde à Pauli Eremitæ, S. Anthonii, Basili & Augustini temporibus, vel in solitudine, vel in monasteriis, aut cœnobiis continentissime vixerunt.

In EPILOGO hortaberis auditores, ut ardentibus & assiduis precibus à Deo donum castitatis petant, occasiones contra hanc virtutem delinquendi (ut sunt orium, commoratio, vel colloquium cum fœminis, convivia, & spectacula) studiosissime vitent, sensus custodiant, (maxime visum, gustum, & tactum, humilitatem, aliaque tuendi Castitatem media diligenter colant.